

# Q V Æ S T I O M E D I C A .

## Q V O D L I B E T A R I I S D I S P V T A T I O N I B V S

### M A N E D I S C V T I E N D A I N S C H O L I S M E D I C O R V M ,

#### D I E I O V I S X V L N O V E M B R I S .

M. CYPRIANO HVBAVL, Doctore Medico Moderatore.

77

*An natorum similitudo à vi formatrice & imaginatione?*



**A** N I M A corporis humani *ἁπλοῦς*, simplex atque indiuidua, omnium, quæ à nobis & in nobis sunt, causa præcipua, & principium primum, plurimas de se promit vires ac facultates actionibus & obiectis inter se discretas, quibus, tanquam causis diuuanibus, vitur, ad actiones suas eliciendas & effectus producendos. Facultates hæ tres sunt præcipue, reliquas sub se complectentes, quæ mutua quamuis conspiratione & indissolubili concentu apte & connexæ sint, principatu tamen, necessitate, exortu, instrumentis & sedibus penius distinguntur, sicq; disclusæ alternas sibi præstant operas, & inferiores, sub his comprehensæ, superioribus siue *ἡγεμονίαις* præbent se obtemperantes, atque in primis imaginationi, cuius vis maxima est non modò in corpus, sed & in animæ potentias, appetituum videlicet, motuum & *ὑποτάκταις*, quippè quas pro nutu & arbitrio dirigit; hanc quidem per species exemplariter illas verò naturali quadam sympathiâ.



**G** E N E R A T I O propria est actio vis illius procreatricis, quæ parentum testibus infidens *ἡγεμονίαις*, veluti vim sibi succenturiatam, semini imprimit, futuri operis, eiusque *ἁπλοῦς* opificem. Vis hæc conformatrix ex operis varietate similitudinem quandam gerit, speciemque diuinitatis, quæ spiritu triplici & calore, vt instrumentis, crassiore feminis portione, tanquam materiâ idoneâ instructa, locum vbi nacta fuerit generationi aptum & convenientem, vtrem scilicet non frigidum, nec densum, aut præhumidum, neque sicciorem, aut ætuoosum, sed ex vtraque oppositione *πῶν καὶ ἐξ ὧν ἕχεται σὺ μμετερεῖν*, & ab omni spuritie sanguinis menstrui purgatum, opus suum aggreditur, & simile perficit idæ à parentis corpore vectoribus spiritibus decisæ, nisi eam interturbet imaginatio, aut quæ loquitur in semine vires delitescent.



**G** E N E R I animantium omni est à natura tributum, vt procreet sibi simile specie, sexu & effigie. Speciei similitudinem causæ materiali merito acceptam referimus. Non aliam similitudinis sexus nouimus causam, quam feminis temperiem; ideoque *τὰ νέα*, *θηλυκότα* *μᾶλλον* (*τῶν ἀνδρῶν*) *καὶ γρηγοροῦντα μᾶλλον*. Quæ in effigie, forma & indiuidui accidentibus posita est similitudo, à vi formatrice & imaginatione vtriusque parentis orta procedit, at tamen plus potest matris sæpius repetita cogitatio, atque ea maxime, quam motus aliquis animi, terror nimirum, aut immoderatum desiderium consequitur. Vis imaginatiua et si plurimarum, quæ in foetu contingunt, mutationum sit causa; eas tamen quolibet tempore inducere non potest, sed aliàs citius (vt quæ in partium conformatione consistunt) alias tardius (vt quas pilorum pariter eruptio.) Quæ sit vis eius, circa tertium prægnationis mensem potissimum experitur mulierculæ, quo tempore, nec alio tempore aut genus immutare non valet.



**S** E M E N vtriusque parentis *ἄφορον*, & sanguis maternus generationis nostræ principia certum & determinatum operis generis producere nata sunt; vnde homo hominem tantum generat, sicut canis canem, hominis tamen *τὰ γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ πολλὰ ἔσπορος* proles magis, quàm brutorum partus, parentibus suis sunt dissimiles: depiles enim pilis aliquot obfisos plerumque procreant, & qui turpes atque inconcinna sunt totius corporis compositione, filios interdum pariunt liberali forma, & sibi prolixo dispares, *Ἄθιοπες λευκοσφαις*, in genito candore præditi fulcos & *Ἄθιοπιβ* parū absimiles: nec mirum; visa enim & signata in animo rerū agendarū notiones vim obtinent. Nonne ad formosæ mulieris conspectum blando oculorum obrutu amorem suadentis utillanē genitalia, & arrigit cristas penis? Nonne carbonis, terræ, fragi, cerasi, aut rei alterius à matre, dum foetum gestaret utero, audiuis exoptatæ effigies expressa & quasi impressa manet in foetus corpore? Quid plura? imaginationis vi & ope Apim semper habent *Ἄγυπτίῳ*, quem non sectus ac numen colant & venerentur.



**N** S O L E N S atque hæcenus inaudita est, non Peripateticis modo, verum & Medicis Astrologorum opinio (vel potius) erroris & vanitatis plenum dogma, & ad rumufculos imperitæ multitudinis auerpendos magis accommodatum, quàm ad veri inuestigationem fictum excogitarumque, quo natorum ad patres similitudinem Soli in centro ascendentis existenti falsò adscribunt; filias verò matrum præferre speciem perperâ asserunt, quoties Luna nocturni partus tempore, aut Venus diurni in horoscopi cuspide extiterit. Philosophiæ principijs & rationi congruenter magis loquuntur, qui foetum similitudinem aut dissimilitudinem à sanguinis conditione, fortuitoque ipsius, & *τῶν ἰσορροπιῶν* ad vterū motu repetendâ pronunciat; errant tamē, nisi imaginationē, vis illius causâ, agnoscant. Cammaræ populi *καρποῦ*, cum ex vera sui in puerorum vultu expressa effigie ingenuos liberos sibi assumere optant, species plerumque adoptant: quos enim *ὁμοίως* efficeret vis formatrix, eisdem sæpenumero *ὁμοίως* reddit imaginatio.

*Ergo natorum similitudo à vi formatrice & imaginatione.* 163

Proponebat Lutetiæ GILBERTVS PVYLON Aruernus. A. R. S. H. M. DC. XXVIII.

D O M I N I D O C T O R E S D I S P V T A T V R I .

- |  |   |   |
|--|---|---|
| <p>☞ M. Nicolaus Braier.</p> <p>☞ M. Cyprianus Hubault, Præf.</p> <p>☞ M. Guido Patin.</p> | <p>☞ M. Antonius Theuarc.</p> <p>☞ M. Vrbanus Bodineau.</p> <p>☞ M. Antonius Suaur.</p> | <p>☞ M. Andreas du Chemin.</p> <p>☞ M. Georgius Arbault.</p> <p>☞ M. Car. Bouuart, primarius Christianiss. Regis Medicus.</p> |
|--|---|---|

*Ubi sunt partibus Assumptas sunt dicitur  
quæ Galienus in sua Historia p. 13. 16.  
multum dicitur esse infirmitudine.*